BENEDICTUS PP. XIV.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 27 (152)

Dilecte fili salm̃, et Aplicam̃ ben. Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et uirtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt, ut Te specialibus fauoribus, et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti, Tu, qui (ut asseris) in Sacro Diaconatus Ordine constitutus exis, feruore deuotionis accensus ad reliquum sacrum Presbyteratus Ordinem quantocitius promoueri summopere desideres. Nos Te præmissorum meritorum tuorum intuitu specialibus fauoribus, et gratiis prosequi volentes, et à quibusuis Excomnis, Suspensionis, et interdicti, aliisque ecclicis sententiis, censuris, et pœnis à Iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomodolt innodatus exis, ad effum pntium tm̃ consequen harum serie absoluentes, et absolutum fore censentes, supplibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Tecum, ut si, et quando Quatuordecim menses tantum Tibi de ætate ad id à Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint, defectu huoi non obstan, si nullum aliud canonicum Tibi obstet impedimentum, et dummodo Tu ad id idoneus reperiaris, seruatisque aliàs seruandis ad dictum sacrum Presbyteratus Ordinem promoueri, et promotus in illo etiam in altaris ministrare liberè, et licitè valeas, Aplica auctè tenore pntium dispensamus. Non obstan constitonibus, et Ordonibus Aplicis, cæterisque contrijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XVIIJ Martii MDCCLIII. Pontus Nri Anno Decimotertio.

Pro Dño Cardli Passioneo

Ioannes Florius Substitutus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872275591-12/fragment/page=0001

Dilecto filio Joanni Baptæ Brocchiali Clico

Cremonen. Dioc.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (152)

1753. 14 Juny

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872275591-12/fragment/page=0002